

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Conr. Steph. Hoellingii Reverendiss. Et Seren. Colon.
Elect. In Ep. Hild. Consiliarii Ecclesiastici Et
Svperintendentis Generalis Alfeldensis, cet. Oratio De
Regimine Ecclesiastico, Qvvm III. ...**

Hölling, Johann Conrad Stephan

Hildesiae, 1728

Viir Svmmе Reverende Doctissimeqve, Viri Consvltissimi, Doctissimi,
Atqve Amplissimi, Favtores Omni Amoris Et Honoris Obseqvio Maximopere
Colendi, Vosqve Viri Plvrimvm Reverendi Doctissimiqve Fratres ...

[urn:nbn:de:gbv:45:1-314186](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-314186)



VIR
SVMME REVERENDE DOCTISSIMEQVE,

VIRI
CONSULTISSIMI, DOCTISSIMI,
ATQVE AMPLISSIMI,

FAVTORES OMNI AMORIS ET HONORIS OBSEQVIO
MAXIMOPERE COLENDI,

VOSQVE VIRI PLVRIMVM REVERENDI DOCTIS-
SIMIQVE FRATRES ATQVE AMICI IN CHRISTO
SVAVISSIMI.



Pythagoricae doctrinae haud obscurum
lumen insignis ille Philosophus Dio-
genes lyrae, suis nervis decenter ac
omnifariam instructae legibus bene
constitutam rempublicam comparat.
In illa enim moderator summus, offi-
cio Numinis defungens aequitatis ar-
te modulatur homines, vt in concentum dulcem varias
hominum voluntates ac discrepantes opinionum tonos
congruenter aptet inque suauisonum consensum redigat.
exoptata itaque Harmonia ordinate & disposite omnia in
republica peragenda esse, hac similitudine sapiens ille in-

A

ter

ter sapientes commonstrare voluit. Quod vero in regimine ciuili obtinet vel in sacro illo coetu vigere, qui beatorum vitae in coelo congregatur vterius declarabo, de regimine Ecclesiastico absque rixandi pruritu atque altercationum aestu placide & breuiter peroraturus.

Quemadmodum vero Graeci veteres, qui *ἔμπροσθεν* magni fecerunt, priusquam aliquod opus aggressi essent; opportunitati semper litare solebant: Ita & ego in ipso orationis meae vestibulo VESTRVM fauorem, qua par est, submissione & modestia imploro.

Quamquam, *Auditores Amplissimi Honoratissimique*, veritatis insigne sidus sua luce radiet; infestae tamen errorum nebulae spectantium oculos interdum obcoecant illosque impediunt, quominus illabentem lateque se diffundentem splendorem percipere queant. Hoc ipsum etiam discrepantia inter sese de regimine ecclesiastico certamina abunde loquuntur. In partes enim extremas abrepti, aliqui regimen hoc ortui diuino adscribendum esse putauerunt, id quod inter Anglos egerunt *Henricus Hammondus, Guilielmus Nicholusius*, alique longo numero plurimi; a quibus tamen in Anglia alieni sunt *Iewelus, Pilkingtonus, Babingtonus, Mortonus, Vserius, Hallus, Davenantius*, alique ex antiquis & recentioribus, qui episcopatum in ecclesia vtilem, non vero necessarium esse agnoscunt. (a) In
prio-

(a) De his *Richardus Baxterus* in Praefatione libri cui titulum fecit: *Five Disputations of Church-Government and Worship*, & qui prodiit Londini 1659. m. 4. pag. 8. ita loquitur: The old Episcopal Divines did take Episcopacy to be better then Presbyterian Equality, but not necessary to the Being of the Church, but to the better being where it may be had. But the new Prelatical Divines of both Sorts, unchurch those
Chur-

priorum antea partes etiam feceserat Epiphanius, qui Aërii opinionem inter haereses nullo negotio numerat, quod inter Episcopum & presbyterum nullum discrimen interesse praecoci fiducia adserere haud dubitauerit. Aliqui vero contra regimen ecclesiasticum diuinae institutioni adscriptum, indelebile odium excitarunt. Contra id ipsum omnibus animi aestibus inuectus est *Ainsworthus* (b) qui Hierarchiam, hoc fundamento stabilitam, ministerium Antichristi nominare nullatenus haesitauit, quocum consentiunt *Richardus Parkerus*, (c) *Richardus Baxterus* (d) & omnis ferme Presbyterianorum iisque sese adiungentium turba.

Argumenta ex falso petita ineptos exitus habere solent, id quod utriusque etiam parti accidit. Ex priori capite quidam temporum sequela intra fastus impetuosi terminos se concluderunt, aliis aeternam damnationem intentantes, quod verbi diuini praeconibus, ab episcopo, in ordinis successione constituto, rite initiatis careant, atque id propter foederum signis ad aeternam salutem necessariis priuati degant. Nonne id propter *Guilielmus Richardsonus*, antea apud Presbyterianos in Anglia Presbyter, passus est, se de novo & solemniter modo in ordinem

A 2

eccle-

Churches that are not Prelatical. The old Episcopal Divines thought that Ordination by Presbyters without Prelates was valid and not to be done again, tho' irregular. But the New ones take it to be no Ordination, nor those so ordained to be any Ministers but Lay-men.

(b) Vid. eius *Antid.* Lond. 1647. p. 79.

(c) In *Polit. Eccles.* Lib. II. Cap. 3.

(d) In praedicta *Praefatione*.

ecclesiasticum ecclesiae Anglicanae adsumi? (e) Nonne ex eodem fonte prorupit nociua illa erroris scaturigo, in *Thoma Bretto*, Anglorum Doctore, conspicua, qui ante paucos annos incautum ignarumque Presbyterianum, prouectioris licet aetatis, altera vice sacro tingere lauacro ausus est? (f) Nonne *Henricus Dodwellus* eo usque progres-

(e) Ille in Palinodia, quam cecinit pro concione d. 16. Septembris 1711. p. 21. seqq. commonstrare adlaborat ordines sacros a Presbyteris collatos non esse validos incipit enim hoc argumentum p. 21. sequentem in modum: *My Third Head is That no Dissenters from the Episcopal Church have the Power of conferring Orders; and consequently they cannot authorize any to Preach or Administer the Sacraments.* In fine vero ait: *All I shall add on this Head, is, That seeing it is evident the Dissenters have no valid Orders, have no Right to Preach or Administer the Sacraments and no Power of Discipline, their Censures or Anathemas can never hurt us, but leave them.* Prolixius autem enarrat, cur Presbyterianos reliquerit in libro, edito Londini 1712. qui inscribitur *Episcopacy vindicated.* *Carolus* e contra *Owenus* peculiari libro Londini 1716. commonstrauit legitimos esse apud Presbyterianos Ordines Ecclesiasticos. Publici enim iuris fecit librum sub titulo: *The Validity of the Dissenting Ministry: Or the Ordaining Power of Presbyters, evinced from the new Testament and Church History.* In four Parts.

(f) Factum hoc approbavit *D. Hickeysus*, qui, cum *Thomas Brettus* librum scripsisset, cui titulus est: *The Invalidity of Lay-Baptism*, prolixam ad Auctorem scripsit epistolam, in qua de egregio facinore ipsi gratulabatur his verbis: *It is against the Authority of the pretended Ministers of this (Presbyterian) Mission who were never duely authorized and therefore cannot administer truly valid Baptism, that you have written your excellent Book, with greath Strength and Perspicuity, as well as Modesty and confirmed your Doctrine with your Practice i. e. with rebaptizing.* Hanc vero
totius

gressus est, vt animae immortalitatem adscriberet baptismo, qui a ministro ecclesiae, rite ordinato, collatus sit? (g) vtque vnionem cum Deo Patre & filio vnioni cum episcopo adiudicaret? (h) Ecquis autem priscorum monumentorum adeo est ignarus, vt nesciat iactitatum seriem episcoporum saepius interruptam esse? Quodsi vero inde aliquod sacrorum robur accersendum esset series ista quidem minus interrupta quam maxime apud Anglos erit reperiunda, id quod Celeberrimus Tubingensium Doctor *Christophorus Matthaeus Pfaffius* singulari Dissertatione extra dubium posuit; (i)

lit-

A 3
totius Ecclesiae Anglicanae mentem non esse demonstratum est ab auctore libri, qui prodiit Londini 1712. & quem inscripsit: *The Judgment of the Church of England in the Case of Lay-Baptism and of Dissenters Baptism*: Et rem ipsam lubrico stare fundamento dudum indicauit Richardus Baxterus in libro citato & quidem disputatione secunda.

(g) In libro cui titulus est: *An Epistolary Discourse, proving from the Scriptures and the first Fathers, that the Soul is a Principle, naturally mortal; But immortalized Actually by the Pleasure of God to Punishment or to Reward by its Union with the Divine baptismal Spirit. Wherein is proved that none have the Power of giving this Divine Immortalizing Spirit since the Apostels, but only the Bishops.* Londini 1706.

(h) Vid. eius Librum, quem nominat: *A Discourse concerning the one Altar and the one Priesthood.* Londini 1683. vbi pag. 387. sequentia adfert: *And therefore in this Mystical Way of Reasoning from Representations to Things, none but the Bishop can unite us to the Father and the Son.*

(i) Polemica illa Dissertatio, quae prodiit Tubingae anno 1720. agit de Successione Episcopali, in qua probatur eam in tota, quaqua patet, Ecclesia, maxime in Romana dudum defecis-

sc,



litteris ignorat, non solum Sanctum Paulum sed & Presbyterorum collegium Timotheo imposuisse manus atque ita eundem ad sacra munia peragenda initiasse? Inde vero solertissimus veterum voluminum indagator *Dauides Blondellus* in Apologia pro Hieronymo etiam Presbyteris ordinationem, quam vocamus, vendicat, praecipue si in terminis Diuini Iuris nosmet continere velimus.

Ita quidem altera pars contentionis feruore nimium abrepta in scopulos periculosissimos impingit. Quid vero de illa, quae superest, statuendum erit? Ne de inexpugnabili presbyterianorum in episcopales odio aliquid dicam, ut ordini diuinae origini adiudicato se opponerent, omnem propemodum ordinem sustulerunt, qui tamen inutilibus quaestionibus remotis conseruari poterat & debebat.

Media itaque via incedere nostrae fidei statoribus consultissimum visum est. Horum vestigia legentes statuimus, *Episcopale regimen non quidem expresso Seruatoris Apostolorumque mandato esse stabilitum, idem vero varia ob comoda argumentaque multiplicia in Ecclesia primitus obseruatum esse & hodiernum obseruari posse & debere.* Prius

se, & si qua sit, Graecae magis, quam Romanae maxime vero Anglicanae Ecclesiae competere, verae autem Ecclesiae notam prorsus haud esse. Idem argumentum antea agitatum est ab *Antonio Champnaeo*, Doctore Sorbonico, qui composuit tractatum *de Vocatione Ministrorum* qui prodiit Lutetiae Parisiorum 1618. In hoc probare conatur: Vniuersos cuiusuis praetensae reformationis Ministros omni penitus legitima vocatione destitui. Huic sese opposuit *Franciscus Mafonus* in Vindiciis Ecclesiae Anglicanae, siue in libro de legitimo eiusdem Ministerio, id est, de Episcoporum Successione, Consecratione, Electione & Confirmatione, item de Presbyterorum & Diaconorum Ordinatione. Londini 1625, in Folio.

Prius quod attinet tantum abest, vt episcopale regimen expressis verbis sit iniunctum, vt potius in sacris Litteris *vocabulorum Presbyteri & Episcopi promiscuus & generalis usus sit.* Graecae voci, *πρεσβύτερος*, Hebraica vox *יְהוֹשִׁיָּע* respondet & vtraque non solum aetate seniore sed illum etiam significat, qui in Republica dignitate & auctoritate praestabat. His itaque denominationibus honoratioribus in populo, qui vel Magistratus munere funguntur, insigniri solent: episcopi vero dicuntur ab inspectione & vigili cura & hoc operis & laboris nomen, quod ita a S. Augustino exprimitur, idem inuoluit, quod senioribus honoratioribus incumbit. Solent praeterea ecclesiarum ministri aliis nominibus nuncupari, quando vocantur *ὀικονόμοι, Προϊστάμενοι, Προεσώτες, ἠγόμενοι, Κυβερνήσεις, λειτῆργοι, Ἰππότες, Διάκονοι* & quae sunt reliqua. Quemadmodum vero variis hisce denominationibus eadem munia definiuntur, vt inde non semper alius ordo deducendus sit; Sic etiam variae voces Presbyteri & Episcopi eandem in sacris litteris denotant functionem. Dudum illud obseruauit Sanctus Hieronymus, qui aperte fatetur, (*k*) episcopos magis consuetudine quam dispositionis Dominicae veritate presbyteris maiores esse; Concedit tamen locis Apostolorum episcopos suffectos fuisse & quo ritu Aaron Filiis praefuit, eo episcopos presbyteris suis praepositos esse adfirmat. (*l*)

Quamuis autem discrepantia episcoporum & presbyterorum nulla praeceptione diuina sit firmata eadem tamen iam tum in ipsis ecclesiae incunabulis emicuit. He-
ge-

(*k*) In Commentationibus ad Epistolam Tito inscriptam & quidem in Cap. Ium, vt & in Epistola ad Euagrium: epistola XXCV.

(*l*) Vid. Eius Ep. ad Nep.

gesippo enim teste Iacobus, qui cognominabatur Iustus in episcopalis culminis honorem euectus est, & per plures annos summa cum sanctitate & prudentia ecclesiae Hierosolymitanae gubernaculis adfuit. (m) Simili ratione Epaphroditus Philippensium episcopus a Theodoro vocatur. (n) Idem honos Tito delatus est, cui res Creten- sium sacrae cum episcopali potestate decernebantur: (o) Ad parem dignitatem promotus est Timotheus, cui eccle- siam Ephesinam moderandi potestas tradebatur. Huius auctoritati concreditum erat, vt in Clericos delinquentes poenis animaduerneret, & non nisi probos grauesque vi- ros in Diaconatus ordinem adscisceret, nec eosdem nisi istoc munere cum dignitate gesto ad Presbyteratum eue- heret. (p) Plurima Ignatii, (q) Clementis Alexandrini, (r)

(m) Ipse Blondellus largitur, Iacobum Hierosolymitanae Eccle- siae Episcopum fuisse. Conf. Epiphan. Haeres. 78. Gregor. Turonens. Lib. I. Cap. XVII.

(n) In Phil. II. 25.

(o) Tit. I. v. 5.

(p) 1. Tim. III. 1. & seq. Theodoretus in hunc locum ita com- mentatur: Eos qui nunc vocantur Episcopi, olim nomina- bant Apostolos: praecedente autem tempore Apostolatus nomen reliquerunt eis, qui verè erant Apostoli: Episcopa- tus autem appellationem imposuerunt eis, qui olim appella- bantur Apostoli: Ita Philippensium erat Apostolus Epaphro- ditus ita Creten sium Titus & Asianorum Timotheus.

(q) In Ep. ad Trul. Sect. II. & ad Philip. §. 8. ita loquitur: τῶ ἐπισκόπῳ προσέχετε καὶ τῶ πρεσβυτέρῳ καὶ Διακόνῳ.

(r) Strom. Lib. VI. Ἐπεὶ καὶ αἱ ἐνταῦθα κατὰ τὴν ἐκκλησίαν προκοπαὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων μιμήματα ὄνται Ἰησὺ ἀγγελικῆς δόξης.

Tertulliani, (s) *Cypriani*, (t) *Athanasii*, (u) *Augustini*, (w) hac de re effata accumulare supersedeo, quia id ipsum parcendi temporis cancelli non patiuntur. Neque ulterius infectari lubet, quae ex *Canonibus Apostolicis*, ut nominantur, ut & ex *Antiocheni*, *Nicaeni*, aliorumque conciliorum regulis hac de re adferri possent. (x) Promiscuus quidem in seculis duobus primis adhuc usus vocis *Episcopi* & *presbyteri* esse videtur; (y) Interim tamen nec ipse *Iacobus Peircius*, *Presbyterianus* diffitetur, statim post *Apostolorum* tempora vnum prae ceteris eminuisse *Presbyterum*

B

terum

- (s) *Tertullianus* eiusdem ordinis triplicis mentionem facit de *Monog. Cap. 2.*
- (t) *Epist. 69. ad Flor.* sequentia adfert: Inde enim *Schismata* & *Haereses* exortae sunt & oriuntur, dum *Episcopus*, qui vnus est, & *Ecclesiae* praeesit superba quorundam praesumptione contemnitur & homo dignatione Dei honoratus, indignus hominibus iudicatur.
- (u) De *Episcopi* per *Clerum* *Electio*ne agit in *Apolog. ad Imp. Const. p. 749.*
- (w) *Patres* missi sunt *Apostoli*: pro *Apostolis* filii nati sunt tibi, constituti sunt *Episcopi*. Hodie enim *Episcopi* qui sunt per totum mundum, vnde nati sunt? Ipsa *Ecclesia* patres illos appellat, ipsa illos genuit & ipsa illos constituit in sedibus *Patrum*. *Enarrat. in Psalm. XLIV.*
- (x) Horum conciliorum hoc de argumento canones adducit *Hadrianus Saravia* in libro *de diuersis Ministrorum Euangelii gradibus*, qui prodiit. *Francofurti 1591. p. 73. seq.*
- (y) Id quod iam tum *Illustris* quondam *Sarisburiensium* *Episcopus Gilbertus Burnetus* obseruauit, in *Vind. Ecclesiae Scot. p. 311.* scribens: Propensior sum in illam partem, ut credam *Episcopos* & *Presbyteros* diuersos fuisse eiusdem muneris gradus; quoniam nomina *Episcopi* & *Presbyteri* in *Scriptura* idem sonent & a *Scriptoribus* duorum primorum seculorum promiscue usurpentur.

terum. (z) Communi post modum totius Reipublicae Christianae consensu varios ministrorum ordines in ecclesia constitutos receptosque fuisse, nemo, Historiarum praefidio armatus, inficias ire poterit. Temporum enim successu discrimen constituebatur, vti inter ipsos *προεστῶτας*; ita etiam inter inferiorum ordinum homines. *Roma* caput orbis *Patriarcha* Romano superbiebat, *Alexandria* & *Antiochia*, regiae vrbes & pridem maximorum regnorum capita eandem sacri ordinis dignitatem tuebantur, & ex quo tempore Thraciae *Byzantium Constantinopolis* & noua *Roma* appellari consuevit, ex illo etiam proximum ab *Episcopo Romano* locum occupauit *Patriarcha Constantinopolitanus*. Quia denique *Hierosolyma* Christiano coetui matris vicem explebant, ideo *Hierosolymitanus* etiam *Episcopus* quatuor reliquis *Patriarchis* adnumerabatur. Praeter hos descriptos quinque *Patriarchas* erant *Metropolitae* & *Archiepiscopi*, qui sacrarum rerum summae in *Metropoli* cuiusque *provinciae* praeerant. Constituebantur praeterea *Exarchi*, *Episcopi* & *Chorepiscopi*: erant *Doctores* & *Pastores*: erant *Archi-Diaconi*, *Diaconi*, *Diaconissae*, *Hypodiaconi*, *Exorcistae*, *Lectores*, *Cantores*, *Acoluthi* atque *Ostiaarii*. (a) Quisnam, Bone Deus! ministrantium numerus a *Cyropalate* adducitur in iusto volumine de officialibus offi-

(z) Ita enim ille in *Vindiciis Fratrum Dissidentium in Anglia*, quae prodierunt *Londini 1710. p. 234.* Equidem haud nego, vnum quendam in singulis ecclesiis tunc temporis prae ceteris eminuisse *Presbyterum*, qui moderatoris vicem gereret, quam consuetudinem adeo hodie non vituperarem, vt ex sacris litteris haustam existimem.

(a) Vid. de his *Joachimi Hildebrandi Tractatus de Hierarchia veteris Ecclesiae pag. 31. & seqq.*

officiisque ecclesiae Constantinopolitanae! (b) Fuit itaque ordo inter sacra facientes salutari veterum consilio introductus.

Restat, *Auditores Amplissimi Honoratissimi*que, ut similem regiminis ordinem in nostra ecclesia adhiberi posse & debere argumentis quantum fieri potest brevibus declarem.

Eadem est propemodum ecclesiae nostrae facies, si regimen inspiciamus, qua antiquitus comparuit. Non desunt, qui in coetu, ab Augustana Confessione denominato, in coetu evangelicorum puto apud Suecos & Danos Archiepiscopi & episcopi audiant, quorum nomina in aliis regionibus in male latina mutata sunt, ut probe monet *Hieronymus Zanchius* in sua Confessione. (c) Retinuit enim Reformantium prudentia, quod ecclesiae proficuum esse poterat, bonum scilicet ordinem. Immo- tum autem huius consilii stabilimentum stratum est ab ipso Apostolo, cuius regula est: (d) πάντα εὐσχημόνως καὶ
B 2 κατὰ

(b) Liber prima vice characterum Typographicorum ornatu ex *Iulii Pacii* Bibliotheca Graecè & Latinè prodiit anno 1588.

(c) Apud *Hadrianum Saraviam* l. c. pag. 87.

(d) I. Cor. XIV, 40. Tantum enim abest, ut apostolus in fidelibus statum inordinatum permittat, ut potius in antecedentibus v. 32. & 33. propter ordinem Spiritum illis subiectum esse velit, in quem locum *Grotius* ita commentatur. Poterat aliquis dicere, atqui ita vrgeor, ut differre nequeam. Respondet Paulus, rem sic se non habere in diuinitus adflatis hominibus, quomodo se habet in Pythonicis: Hos ita arripi atque agi, ut suae potestatis non sint; at Dei dona, quamquam non ab hominis voluntate profecta, voluntate tamen eius regi quoad actum, tempus & moram *Ordini* necessariam facile pati. Non enim est in Deo ἀκαταστασία.

κατὰ τὰς ἐν γινώσκω. Ad decentem enim in ecclesia ordinem decens etiam regiminis ordo reducendus est. Ipse praeterea Presbyterianorum coetus, necessitate rei requirente, deposcit quendam Προεστῶτα, Praefidis siue Directoris munere fungentem, qui reliquos in deliberationem deducat, suffragia colligat & ut decreta in rem conferantur, praestet. nihil sane est aut pulchrius, aut ad usum fructuosius, quam ordo, nihil contra aut ad spectu foedius ac deformius aut quod plura omnibus rebus incommoda adferat, quam confusio ac perturbatio. Ecquid igitur ad ecclesiam tuendam utilius, quid ad schismatum semina tollenda sapientius, quid ad feroces animorum motus comprimendos consultius excogitari potuit, quam regimen ecclesiasticum? Hoc spreto & contempto fidelium coetus non possunt non in rebus, circa cardinem fidei licet haud versantibus, plurimum variare, id quod saepius cum infirmorum detrimento coniunctum est. Ingrauescet insuper periclitantium opinionum colluies & cum vel fidelissimi coelestium dogmatum praecones liuidos malitiae morsus non semper possint effugere, tantum incrementi Spiritus maligni regnum capiet, quantum detrimenti Clericorum dignitati accedit.

Placetne mecum e terra rectos ad sidera tollere vultus? Intellectus acie obseruabitis sapientissimum Numeri omnia numero, mensura & pondere, hoc est, ordinate & disposite peragere: (e) Obseruabitis etiam coelestem Angelorum Hierarchiam, in sacro volumine decantatam, (f) & a Dionysio Areopagita, aut quis demum huius foetus Auctor sit, sua quidem opinione explicitam.

Quid?

(e) Sap. XI. 22.

(f) Col. I. 16. Ephes. III. 10.

Quid? quod in mundo hoc, quod nos delectat, superoque inferoque ordo est, in illo perpetuus in hoc instabilis, sed tamen ordo, quem nihil errem, si vitam & animam mundi esse dixerim. Quod praecipiti via certum deserit ordinem felices non habet exitus:

*Ordine seruato mundus seruatur, at illo
Neglecto pesum totus & orbis abit.*

Sicuti planetae omnesque coeli exercitus certo uoluntur ordine; ita etiam aues sub coelo volitantes statos seruant dies: (g) Nonne in Theocratia illa foederis antiqui tam in rerum sacrarum quam terrestrium uoluntatione insignis obseruabatur ordo? Nonne praeter sacerdotem maximum integer sacerdotum ministrantiumque exercitus ad aras litabat? Quodnam regimen ciuile absque imperantium atque obedientium ordine firmum est & stabile? Nonne militum agmen toga sagaque praeter arma & munimenta corporis varias regentium species efflagitat? Nonne vna quaeuis domus internis disidiis distracta exitiosam ruinam experitur? Quodsi vero varias appellationes emphaticas, quibus coetus fidelium insignitur, paulo curatius examinemus, ex illis ordinem vel in ecclesia requiri satis aperte liquet. Vocatur autem *Corpus*, multis membris praeditum, (h) in humano autem corpore, iusto ordine seruato, membra per venas & compages sibi inuicem sunt adiumento: Denominatur *Aedificium*, (i) hoc vero corrui, si inuerse sit ex-

B 3

stru-

(g) Jerem. VIII. 7.

(h) Rom. XII. 5. 1. Cor. XII. 13. seq. eph. IV. 16. Col. II. 19. Hebr. XII. 13.

(i) eph. II. 20. seq. 1. Tim. III. 15. 2. Tim. II. 20. Hebr. III. 6. 1. Petr. II. 5.

structum: nec vulgare solummodo appellatur aedificium, sed etiam *Templum*, idque Dei viui; (k) Quemadmodum autem Deus Templum per Salomonem concinne & ordinate confici curauit; (l) ita etiam ecclesia ordinem strictum respicere debet: Huius dignitas adaugetur denominatione *Ciuitatis & Regni*: (m) Ambo vero legibus & ordine reguntur. His omnibus bene perpensis regiminis ecclesiastici salubritas aequae ac necessitas lucido veritatis fidere elucescit. Non est itaque quod *Hadrianus Sarauia* in Libro de diuersis Ministrorum Evangelii gradibus, inferioris Germaniae Theologis inscripto, nimium conqueratur, (n) quod nobis episcopale regimen, quale est in Anglia, sit ademptum: non est, quod *Henricus Doduvelus* prolixam instituat adhortationem de episcopatu restaurando: (o) Habemus ordinem & quae spernenda erant spreuimus: ordinem hunc non *Μοναρχικῶς* nec *διοποτικῶς*, sed ex consensu optimorum ducendum esse nouimus

(k) 1. Cor. III. 16. 17. 1. Cor. VI. 19. 2. Cor. VI. 16. 2. Theff. II. 4.

(l) egregiam huius aedificii rationem tradit ezechiel cap. XL, & seq. vt celebris architecturae Commentator *Nicolaus Goldmann* haud perperam Lib. I. cap. 7. *Der vollständigen Anweisung zu der Ciuil Bau-Kunst* prodat numerum illum in hoc templo adhibitum, non esse inuentum humani ingenii sed reliquas gentes ipsum a Iudaeis accepisse.

(m) Psalm. XLVI. 5. XLVIII. 1. ephes. II. 19. Matth. XIII. 24. 31. XX. 1. Col. I. 13.

(n) In Dedicacione pag. 13.

(o) In Paraenesi ad exteros de nupero Schismate anglicano pag. 203.

mus. (p) Nouimus & auribus nostris salutarem infufur-
rat admonitionem D. Paulus: πάντα πρὸς οἰκοδομὴν (q)

Quum vero a *Vobis, Viri Amplissimi*, auspiciis
Serenissimi Clementissimique Electoris Nostri,
ad munus Superintendentis Generalis obeundum rite vo-
catus sim; pro dignitate noua, in me collata, gratias
quas possum, persolvo maximas. Et quemadmodum
Summi numinis auxilium in Spartaee explendae officium
humillimis imploro precibus; ita & *Vobis* regiminis
nostri ecclesiastici Statoribus Clementem Benignumque
Deum precor, vt vel in posterum viuatis & floreatis in
incrementum ecclesiae nostrae florentissimum.

Vos vero, *Viri plurimum Reuerendi Doctissimique, Amici
Honoratissimi & Fratres in Christo Carissimi*, in demandato
mihi munere respicio, vt Pastores, quibuscum concredi-
tam nobis & Seruatoris sanguine acquisitam cohortem
pascere debeo: respiciam *Vos* vt Commilitones, quibus-
cum in castris spiritualibus contra infernalem exercitum
militia agenda est: considerabo *Vos* vt Ductores & Docto-
res gregis, cui doctrinae lumine morumque integritate
praelucere debemus; immo & considerabo *Vos*, si ita vo-
lueritis, de voluntate autem *Vestra* nullus dubito, vt ami-
COS

(p) Hac ratione si episcopale regimen determinetur, nec ipse
Caluinus id ipsum adspernatur. Ille enim in libro *de necessit-*
Eccles. Reform. talem, inquit, si nobis Hierarchiam exhi-
beant in qua sic emineant episcopi, vt Christo subesse non
recusent & ab illo tamquam vnico capite pendeant & ad ipsum
referantur &c. tum vero nullo non anathemate dignos fa-
tear, si qui erunt, qui non eam reuereantur summaque o-
bedientia obseruent.

(q) Rom. XV, 2.

cos meos quibuscum mihi suaue erit commercium, commune ecclesiae bonum respiciens: Cum vero non sit facile, stare loco Pauli tenere gradum Petri, iam cum Christo regnantium, monente S. Hieronymo: Cum arduum sane sit opus, quo animarum saluti prospicere debemus, vigiles iungamus curas, vt demandatis partibus rite fungamur & quemadmodum id propter frequentes ad Deum adlegabo preces; ita & a Deo impetrandum auxilium per preces *Vestras* mihi expeto. Faxit vero Benignissimum numen, quod singulari prouidentia circa ecclesiam suam illiusque ministros versatur, vt omnia a nobis ordine & decenter fiant: Largiatur Seruator noster Christus, fidelium caput, membris suis largum gratiae influxum ad sanum corporis sui spiritualis incrementum: Adspiret nobis omnibus Sanctissimus Spiritus adflatum suum benignissimum, vt labore nostro feliciter desungi deque fauore coelesti possimus esse certissimi.





I.
CHRISTIANUS COMES OLTENBORGIUS.
Per ἀναγούμια
SOLO CHRISTI GREMIO NUNC BEATUS.

INGR 8
 Excipit 19
 O summ 18
 In 7
 CHRI 16
 ECCE 15
 CINGITVR 6
 CINGITVR 14
 Miserat 13
 Exortus d 12
 Eja age! 11
 4 10
 9
 8
 7
 6

ATUS
 re poli.
 s;
 EMIO,
 !!
 GICUS.
 GFTUR.
 ORTV,
 S AB ORTV,
 RO
 to & pio
 PUS BOHN D.
 Oltenburgicus.

